



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CLVI. Bischof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt über eine
Theilzahlung des Versöhnungsgeldes, am 6. Juli 1370.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CLVI. Bischof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt über eine Theilzahlung des Verlöbungs-geldes, am 6. Juli 1370.

Nos Petrus, dei gracia Episcopus Lubucensis, tenore presentium recognoscimus — Quod honorabiles viri domini Johannes hakeman Custos, nicolaus Seckil Cantor, Hildebrandus plebanus vrankenuordenfis et Johannes de kothebus, procurator noster, fratres nostri in cristo dilecti, sustulerunt et pereceperunt nomine nostri a prouidis viris Consulibus ciuitatis vrankenuordenfis sexaginta sexagenas grossorum pragensium ratione pecunie concordie, de quibus quidem sexaginta sexagenis dictos Consules presentibus dicimus quitos et solutos — Datum vrankenuordis, Anno domini M^o CCC^o septuagesimo, in Octaua apostolorum petri et pauli beatorum.

Rath dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 20.

CLVII. Der Rath zu Frankfurt und Bischof Peter von Lebus bestätigen eine von Heinrich Hasenfelde für das h. Geist-Hospital zu Frankfurt gemachte Stiftung, am 20. September 1370.

Vniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, Notum fore cupientes, Nos Wynant list, ffritze Belkow, Bethe wale, Claus sibrechtstorp, kowil Bom, Hentze gefir, Gerike wale, Hannus ffritze, Claus wale, Coppe list, Willam de foro, Consules et iurati Ciuitatis frankinuordis, presentibus protestando profitemur, Quod et honorem et reuerenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum, diuine quoque celebracionis ob augmentum, eciam ad hoc, vt persone miserabiles in huius predictae Ciuitatis hospitali sancti spiritus huius diuini celebracionis officii possunt refici aut reuocillari, et vt diuinus cultus, cui feruentius insistere volumus, deinceps magis et magis augeatur, appropriamus et appropriare decreuimus, donamus proprietatem cum plena libertate trium frustorum Brandenburgensium denariorum cum tribus solidis reddituum annuorum in censu Quatuor ortorum ante valuam Lubucensem situatorum et perpetui census nomine deriuandorum. Cultores vero seu possessores illorum sunt hi, quorum nomina postea patebunt. Primus possessor est Petze swarte et dabit annuatim decem solidos denariorum. Secundus kale herman, qui in tantum dabit annuatim. Tertius Claus Brandenburg et dabit annuatim in tantum. Quartus hennig Carpentator et dabit annuatim in tantum, et hoc sunt duo frusta annuorum reddituum. Tunc appropriamus ante valuam Gubynensem istis similiter XXIII solidos denariorum supra quatuor ortos situatos. Primum possidet Claus Misener et dabit annuatim octo solidos, statim ibi penes vna domus pistorie dabit duos solidos annuatim, vna vidua nomine gruwilickynne penes oderitzam dabit annuatim quinque solidos, ibi penes nomine Theodoricus went dabit annuatim octo solidos, quem censum appropriamus ad altare beatorum scilicet Materni confessoris et hediwigis vidue dedicandum, fundandum de nouo et locandum in ecclesia eiusdem sancti spiritus nostre predictae Ciuitatis perpetuis temporibus pacifice seu quiete sine impedi-